Tworkowski Brzoski obligatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Bransensis comparens personaliter Nobilis Joannes olim Valentini Tworkowski de Brzoski antiqua haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Petro filio suo legittimo et eius successoribus bonorum suorum in haereditate Brzoski antiqua sittorum in campo alto sub [illegible] strata Wysocensi ad granitiem Brzoskow tatarow inter metas Nobilium Alberti Grochowski et Alberti Tworkowski iacentes Cum agris pratis campis omnibusque et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis condictisque commodis ex eisdem bonis modo quovis provenientibus nullis exceptis nec pro se aut alio quopiam reservatis in summa Viginti sexagenarum polonicalium [illegible] usque ad exemptionem obligavit inscripsit ac inviadiavit Super eam exemptionem praedicta bona nunc obligata idem recognoscens dat et admittit intromissionem realem cum actuali et pacifica possessione toto vim faciendo per ministerialem regni generalem et Nobiles duos quem et quos sibi conducere poterit submittendo se eundem tenutarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico et extraiuridico quarumcunque personarum propinquarum et remotarum cuiusvis sexus status et conditionis existentium tueri defendere evincere eliberare intercedere pacificare solusque per se et per quasvis submissas ac subordinatas personas non inbrigare sub vadio simili altera viginti sexagenarum polonicalium Et coram officio praesenti Castrensi Capitaneatus Branscensi in primo citationis termino peremptoria responsione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus [illegible] dilationibus infirmitatibus motionibus apellationibus ac earum prosequutionibus aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concedi solitis se et suos successores [illegible] abscribendo et abrenunciando personalique recognitione mediante

Truskolesnych obligatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Castrensibus Capitaneatus Brensensis personaliter comparens Nobilis Albertus olim Thomae de antiqua Truskolasy sanus mente et corpore existens palam publice verbisque perexpressis recognovit Quia Nobilibus Paulo Valentino Mathiae Bartholomeo Truskolesnych olim Nobilis Pauli Truskolesnij filiis et eorum legitimis successoribus bonorum suorum immobilium in haereditate Truskolasy antiqua sittorum totas et integras sortes suas se quovis modo et iure titulo concernentes in campis pratis silvulis rubetis et cum omnibus ac singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis condictisque commodis ex eis-

dem